

[i]mp. Caes. M. Aurellium !!!!!!!!!!!!!<sup>9</sup> Pium F[el. Aug. pont. max.,]  
 [tr]ib. pot., cos., p. p., procos., co[optaverunt.]

[G]rato et Seleuco cos.<sup>10</sup>, a. p. R. c. DCCC[CLXXXIII<sup>11</sup> VI id. Iul.<sup>12</sup>],  
 [in aed.]d. Iovis Propugnatoris [ex s. c.]  
 [M. Aurellium] !!!!!!!!!!!!!<sup>13</sup> nobilissimum Caes. [supra num. cooptaver.]  
 Cn. [Claudio Se]vero et Ti. Claudio Quintiano<sup>14</sup> c[os., a. p. R. c. DCCCC-  
 LXXXVII<sup>15</sup>, VIII k. Apr.]<sup>16</sup>

in [Palat]io in aede Iovis Propugnatoris ex [s. c.]

imp. Caes. !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!<sup>17</sup> Pium [Felicem Aug., pont. max.,]  
 trib. pot., [p. p., p]rocos., cooptaveru[nt.]

!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!<sup>18</sup> [A]ug. et Pupienio Africano c[os., a. p. R. c.  
 DCCCCLXXXVIII,]

[in Palatio in aede Io]vis Propugnatoris [ex s. c.]  
 . . . . . !!!!!!!!!!!!!<sup>19</sup> iuventutis [supra num. cooptaver.]

. . . . . [Pio et Pro]culo Pontian[o cos.]<sup>20</sup>

[in Palat]io in aede Iov[is Propugnatoris] . . .<sup>21</sup>

.....  
 Romae fragmenta rep. a. 1849 in ruderibus basilicae Iuliae in foro Romano  
 (VI 2009). Supersunt fragmenta ex fastis cooptationum collegii alicuius sacerdo-  
 talis, cuius nec nomen scimus nec praeterea quicquam, nisi convenisse cooptationum  
 causa in aede Iovis Propugnatoris. Relatae autem sunt in his fragmentis coopta-  
 tiones imperatorum Caesarumque extra ordinem factae ab a. 197 usque ad a. 258.  
 (Ad septem annos diversos fragmenta spectare apparet etiam ex diversa scriptura,  
 in prioribus versibus bona, sub finem pessima.) Tractavit Henzen bull. dell' Inst.  
 1849 p. 135 seq. — 1) Vv. 1. 2 spectant ad a. 197, quo Antoninum Severi filium ex  
 senatus consulto supra numerum in collegia sacerdotalia cooptatum esse docet tabula  
 sodalium Augustalium VI 1984. — 2) Consules sunt a. p. Chr. 217. — 3) Anno  
 post Romam conditam. — 4) Annus p. Chr. 217 fuit ab urbe condita 969 ex aera  
 Capitolina, qua plerumque in huius generis fastis, (ut hic certe v. 10) usi sunt.  
 — 5) Apparet erasa esse quae scripta erant de Macrino et Diadumeniano co-  
 optatis anno 217. — 6) Erasm sine dubio Antonini (Elagabali) nomen, qui, cum  
 a. 218 consules prodiissent Macrinus et Oclatinus Adventus, pro Macrini occisi  
 nomine nomen suum in fastos referri iusserat. — 7) Annus post Romam conditam  
 970 aerae Capitolinae incidit in annum 248 p. Chr. — 8) Notam diei supplevimus  
 ex simili tabula sodalium Antoninianorum (VI 2001), in qua refertur Elagabalum  
 cooptatum esse [a. p. R. c. DCCCCLX]X pr. id. Iul. — 9) Erasm est vocabulum  
 Antoninum. — 10) Consules sunt anni p. Chr. 224. — 11) Cf. supra not. 4. — 12) In  
 tabula sodalium Antoninianorum (cf. not. 8) refertur cooptatio Caesaris alicuius, sine  
 dubio Alexandri, facta esse a. p. R. c. DCCCCLXXXIII VI id. Iul. — 13) Alexandri  
 nomen erasm. — 14) Consules sunt anni p. Chr. 255. — 15) Cf. supra not. 4. —  
 16) Maximinum cooptatum esse inter sacerdotes a. d. VIII kalendas Apriles (25 Apr.)  
 intellegitur ex tabula sodalium Antoninianorum (cf. not. 8). — 17) Rasura periisse  
 putanda sunt verba C. Iulium Verum Maximinum (cf. infra N. 487 seq.). — 18) Hic  
 quoque perit Maximini nomen, consulis a. 256 una cum Pupienio Africano. —  
 19) Perierunt vocabula C. Iulium Verum Maximum principem. — 20) Consules a. 258.  
 — 21) Relata erat cooptatio unius ex imperatoribus creatis a. 258.